Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26086
Copyright: Admont, Benediktinerstift

faciam que desideras. Qui diu non potuisset tolerare æ
uidere incendium filii sui assessorem reliquit quæ iussa im
pleret. Ipse autem seissis uestibus cum uxore propte mortua domum
reuisus est fit luctus ingens. lugebant parentes filium
seruum dominum. nec erat qui consolaretur. Assessor autem munus
munerum adimplet iussitque singlos in singlas cupas
deponi. Puer autem Celsus quia a latere sancti Iuliani numquam fuerat
disiunctus dans illi pacem ad preparatum supplicium
properabat intrepidus. Cunque mitterent in cupas sup
posita stuppa. et accenso igne eructuabat flamma
celsior obelisci. quo amplius cubitos triginta. De me
dio igne ita multitudo psallentium resonabat. qui
uox aquarum multarum. Consumptis autem cupis in igne
subito apparent sancti sicut aurum rutilans canentes. Tran
siuimus per ignem et aquam et induxisti nos in refrigerium.
Ignis autem ardens atque coruscans suum uirtutis suae et ob
liti ne sanctos dei lederet domino adiuuante. Hec audiens
preses quia igne consumpto nullus de sanctis Iesus et cum uxo
re et familia ad spectaculum properat. ut certum rei cog
noscere. Et dixit ad Iulianum. Obtestor te per dominum ui
uum. unde tanta uirtutem maleficiorum nostrum. Iulianus
respondit. Quia per dominum meum obtestatus es quem mirabi
lium horum auctorem referam quatenus possint discere quia talia
maleficia desidant sicut ego. ut huius carminis sancti effi
ciantur auctores. Siquis se lauerit ab omnibus actionibus seli
faciat quia alienum. ut solam uocem domini audiat impantis
et dicentis. siquis uult post me uenire abneget semetipsum. nihil amori eius preponat nihil aliud desidet nisi quod